

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Epistolæ obscvrorvm virorvm**

cvm inlvstrantibvs adversariisqve scriptis

Textvs

**Hutten, Ulrich von**

**Lipsiæ, 1864**

Marforius Romanus Pasquillo Romano classico suo salutem

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-976](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:468-1-976)

Marforius Romanus  
Pasquillo Romano  
classico suo salutem.

Perlegi tuas literas, iucundissime Pasquelle, quibus breviter multa perstringis: placet ergo ut breviter respondeam. Quum a condita usque urbe (quod pauci nornunt) nedum eiusdem, verum et totius orbis morum censores dati simus, unde et pedibus et manibus pestiferae huic tyrannidi, qua iam, ut video, Christiana scatet religio, resistamus in primis curavi. nam mox visis (ut aiunt) literis tuis supplicationem tuam cuidam Teutonico Pontificis camerario secreto extra muros tradidi. Is pollicitus est (ut multi etiam ardua promittit) sua autoritate eodem momento manu Pontificis subsignatam restituere. At Silvester palatii magister et nescio quis olim a littore legatus in medium prosiluere, supervenit et ex Germanis egregius quidam dissipator (disputator dicere volui): hunc magistri nostri Itali Orlandum, Alemani Rholandum ob stentoream eius vocem appellant. hic librum de primatu Petri, alter suarum Confutationum (vel potius confusionum) Epitomen manu portabat. hi una Lutheri caussam coram Pontifice et Cardinalibus tractarunt, ut nedum signaturae supplicationum, verum et Bullarum expeditiones aliquot diebus suspensae sint, quo usque genuina industria usus mox aliud remedium inveni: nam magistrum Vives, Pontificis me dicum, hominem alias liberalissimum et perfacetum, adivi, quia Hispanus est, et ut operam suam ob veterem nostram familiaritatem porrigeret petii. qui mox rei favens supplicationis signaturam obtinuit; obtinuit autem per FIAT VT PETITVR, quod solius, ut nosti, Pontificis est. extorsit et decretum, vel si dici possit sententiam diffinitivam, qua Pontifex sole clarus Theologos a theolecticis et barbaros illos perdidores (heu, praedicatores) longe a veris evangelice veritatis ad assertoribus discernit: quam et tibi submitto. Sic ars deluditur arte. Videat nunc bonus ille pharmacopola quid malagma suum parturierit. Vale, mi Pasquelle, et Affensfeldum a tergo saluta. Romae ex monte Aventino, xxvij. Iulij. Anno M.D.XX.

30

## Tenor Supplicationis Pasquillianaæ.

Beatissime pater, ut animarum saluti, Christianæ religioni ac communi omnium commodo rectius succurri valeat, dignetur sanctitas vestra providere, ne ii qui persuasione non minus insulsa quam falsa doctrinæ sibi nomen induerunt theologicoque nomine gloriari solent, diutius simplicem seducant populum, neve tam spurce ac corrupte sanctissimæ Theologie maiestatem debinc prophanare ac illi notas inurere audeant, cum non solum moribus vivant per-

<sup>7</sup> quo edd. <sup>9</sup> cuidam] Coricio. Cf. infra Schnarregalli ep. <sup>10</sup> multi etiam, ard. 1.3. <sup>11</sup> Silv.] Prierias. <sup>12</sup> a littore] *facetus esse volunt scriptor cum hoc pro a latere poneret.* <sup>14</sup> hunc] Eckium. <sup>15</sup> Enchiridium contra Lutheranos. <sup>19</sup> mag. V.] non novi hunc Vivetem. <sup>27</sup> Alveldus ediderat ‘Malagma optimum contra infirmitatem duorum virorum Loniceri et Lutheri’. Cf. Appendix, ad hunc Pasq. Marr. vers. 43. sq. <sup>28</sup> a tergo sal.] *fac eum vapulare.*

<sup>32</sup> succurri (*pro succurrere*) *ut infra* resisti (*pro resistere*) *omnes*. [Latini sermonis venustatem non nimis bene ipse auctor didicerat.] <sup>33</sup> doctrinæ] i. e. doctorum virorum <sup>34</sup> theologic] i. e. theologorum.